

DECRETUM

Vespes inter et Spinas undique aero nostro scatentes,
in urbe S. Quintini Dioecesis Suessionensis anno Millesimo
Octingentesimo septuagesimo septimo, veluti glos pul-
cher ac redolens germinavit pia Presbyterorum Societas a
S. S. forde D. R. J. C. Suessionensi nuncupata, cuius scopus est
ut illius Alumni, terrenis affectibus abdicatis, Divino cordi
in omnibus obsequantur, et tum in seipsis, tum in proximis
ignem illum accendere satragant, quem Dominus noster vnit
mittit in terram, et nihil aliud vult nisi ut accendatur.

Ad finem autem sibi propositum facilius assequendum directioni
moderatoris generalis iictem subsunt, tria consueta vota sim-
plicia, prius ad tempus, dein in perpetuum emittunt, ac vita
exemplari, et peculiari studio in erudienda spiritu intelligen-
tiae ac pietatis juventute, nec non in peragendis rite Ecclesiasti-
cis functionibus, sacrisque missionibus, aliisque ministerii operi-
bus, quibus Parochis valido subsidio sunt, sedulam operam navant.

Pia haec Societas vix ac nata fuit, illico bonum odorem suum
diffundere coepit, ita ut in praesens iam in quatuor Galliae Dioce-
sesibus radices fixerit, et octo domus numeret cum octointa
septem sociis. Haec luculentissimis attestationibus confirman-
tur tum Episcopi Suessionensis, tum aliorum Ordinariorum
in quorum Dioecesibus enunciati Instituti domus extant, qui
omnes Iam D. R. Leonem P. P. XIII. instanter exorant ut
illud Decreto laudis condonare dignetur, pro certo habentes
apostolicis benedictionibus irrigatum, ubiores fructus fore

N^o 7676
13

productum. Quibus omnibus Sime D. N. relatis in audience
habita a me cardinali Praefecto S. Congregationis Episcoporum
et Regularium die 16. februarii 1888. Sanctitas sua, omnibus se-
dulo perpensis, attentis que praefatis litteris commendatius tenti-
tum locorum, enunciatae piae Societatis Presbyterorum SS. cordis
D. N. J. C. scopum seu finem, summopere laudare et commendare
dignata est, prout praesentis Decreti tenore, summovere lauda-
tur et commendatur, salvo Ordinariorum jurisdictione ad fer-
mam SS. canonum et Apostolicarum constitutionum dilata
ad opportuus tempus tam Instituti quam constitutionum ap-
probatione, circa quas interim nonnullas animadversiones com-
municari mandavit. =

Datum Romae ad Secretaria memoratae S. Congregationis
Episcoporum et Regularium die 25. februarii 1888. =

J. Card. magotte Praefectus



+ fr. Aloijus Guy Colliniens. Paris